



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XXV. Quæ, qualia erunt Antichristi Nomen, Character, Generatio, Sedes,  
Doctrina. &c?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

tē extremo Iudicio antecessurām.

RESPONSIō hinc liquet ad obie-  
cta Magdeburgensium, Beze, & Caluin.

## QVÆSTIO XXIV.

*Antichristus an iam aduenerit?*

VTHERVS in supputatione temporum ait, Anti-  
christus aduentus cum gladio spirituali post annum  
600. cum Phocas Papam vocavit Caput Ecclesiārum.  
Cum Temporālērō post annum 1000. Ultimumque  
Pā am fūscūlū Gregorium VII. Sic & Blander.  
At Magdeburg Cent. 6 e.r. clamant Gregorium p̄z  
omnibus adiaborasse ad Antichristum introducen-  
dum.

I. Samosatēni noui in Hungaria &  
Transyl. volunt, vero Christo abolito Ro-  
manum Antichristum protinus introductū  
fuisse, fuisseque Deum trinum, & Christ-  
stum binum.

AT, 2. Thes. 2. Antichristus, cum ve-  
nerit, seipsum faciet Deum, non alium.  
Et Christus ait, Matt. 16. prædictū Porta in-  
feri non prævalebunt aduersus Petrā suam.

III. Illyricus ait Antichristum venisse sub anno  
412. cum Rom. Imperium coepit inclinare.

AT, Logi: IV. Similesque sunt &  
Chytrai: Negantis tamen Flacco suo,  
duraturum eius regnum 1260. annis.  
Quia sic constaret finis mundi.

V. Henr. Bullingerus ait Antichristum apparuisse  
anno 763. Quia Apoc. 13. nomen Bestiæ est numerus  
666. qui is adde annos 97. Scriptam Apocalypsim an-  
tegessos à Christo nato, erunt anni 763.

AT, Apoc. 3. dicitur is numerus esse  
nominis, non temporis: vt S. Irenaeus  
exponit.

VI. Wolfgang Malculus vult habere annū 1200. Quia  
S. Bernardus serm. 6. in Psal. 90. post Ecclesiæ vita &  
persecutiones recentitas ait: super illi, & reueletur Ho-  
mo peccati.

AT, nugæ hæ.

Orthodoxos varia varios fuisse opini-  
natos. Vide Bell. l. 3. de Pont. c. 3.

AVTOR. Necdum venit; nec tem-

pus Aduentus sciri potest. Patet ē signis  
aduentum Christi secundum Ante-  
cedentibus, Comitantibus, & Sequētibus.

I. Quia Euangelium nondum ubique  
prædicatum est; ceu prædictum Matth.

24. II. Nondum Imperii venit omni  
moda desolatio, prædicta Daniel. 2. & 7.

Nec in decem id regnā diuisum tenetur  
ab uno. III. Necdum venerunt He-  
lias & Enoch. Apo. 11. Dabo duobus testi-  
bus meis, & prophetabunt diebus 1260. He-  
lias iudeis, Malach. 4. Henoch Gentib.  
Eccl. 44. Qui XXX. diebus ante finem

Antichristi necabuntur. IV. Non-  
dum iuge Sacrificium est seuissima illa

tribulatione sublatum; ceu prædictum,  
Matth. 24. & vt Apoc. 9. Tuba sexta si-  
gnificat. Tuba quinta forsitan est Lu-

thero caluinismus. V. Daniel. 7. & 12.  
Apoc. 12. Antichristus regnabit solum

mensibus 42. hoc est dies 1290. Helias  
autem & Enoch diebus 1260. prædicab-  
unt. VI. Antichristi aduentus erit

paulò ante consummationem saeculi,  
Matth. 24. & 1. Ioan. 2. Apoc. 12. Bea-  
tus, qui expectat adilos dies, scilicet 40 post

necem Antichristi.

## QVÆSTIO XXV.

*Antichristi Nomen, Character, Ge-  
neratio, Sedes, Doctrina, &c.  
que, qualia?*

ITA est Apoc. 13. Faciet omnes, &c ha-  
bere Charakterem in manu, aut in fronti-  
bus suis. &c. aut nomen bestiæ, aut Numerū  
nominis eius 666.

I. Ballingerus vult designari tempus aduentus,  
mortis Antichristi: Mahomet autem alii.

AT, Ioannes loquitur de numero  
nominis; & viuentis bestiæ; non mor-  
tux.



tuæ. 2. Chytræus nugatur in numero  
rominis λατεῖνος: Se fallunt alii Ca-  
tholici aliter.

Vera est sententia fatentium se igno-  
rate nomen Antichristi. Ut Irenæus l. 5.  
Nec dici posse nomen; quia plura sunt,  
quæ dictum numerum habent: inque  
multa incident incommoda, qui de no-  
mine scrutantur. Sicut enim IESVS no-  
men Christi notum fuit, cum venit; at  
prius ignotum: ita & Antichristi est, e-  
ritque. Vnde Marloratus Caluinista in  
Apoc. 13. *Loci huius tot sunt expositiones,*  
*quorū expositores: quo appareat obscurissimum*  
*& anigmaticum esse.*

II. LUTHERANI Characterem Antichristi esse  
volunt signum obedientia sub Papa: ut est Bullinger  
Vox christi: Bilandro Professio fidei Romanæ:  
Chytræus iuramentum fidelitatis factum Papæ: aut  
Vaticano sacerdotalis: aut Adoratio Sanctorum, Eucha-  
ristia, Missie funebres &c.

AUTOR. At, Apoc. 13. de Vnicodici-  
tur Charactere numeri & nominis: 2.  
Communi omnibus: 3. In dextera,  
aut frontibus. 4. Ne quis possit eme-  
re aut vendere, nisi habeat Charac-  
tem istum.

Quæ autem Sæptarii esse characteres  
dicunt, ea ab origine Christianismi di-  
manarunt ut sanctissima.

III. LUTHERO-CALVINISTÆ. Papa  
est Antichristus.

AUTOR. At Antichristi origo id re-  
futat. Nam hic oriundus erit ex Iudæis  
Iudæus, circumcisus, & sabbatizitus  
saltem ad tempus. Ira S. Patres ex lo-  
ann. 5. *Ego veni in nomine Patris mei.* &c.  
Et Iudæi eum ut Iudæum recipient in  
Messiam. Talis autem Papa nunquam  
exitit, nec pro Messia habitus fuit. Quia,  
Caput Orbis cum sit, eum appellant  
Caudam orbis per despectum, proque eo  
vi hoste orant.

IV. LUTHERO-CALVIN. Roma sedes  
est foliumque Antichristi. 1. Quia Apoc. 17.  
est purpurata Meretrix, sedens super 7. col-  
les. 2. Sussurus est, 1. Thell. 2. in Templo  
Dei ibidem.

AUTOR. Ierosolyma sedes erit An-  
tichristi. 1. Quia, Apoc. 11. hic Elias  
& Enoch cum eo depugnabunt, occisi  
que iacebunt in platea ciuitatis magna, qui  
dicitur Sodoma, ubi est Dominus eorum inci-  
pitus. At Ierosolyma vocatur Sodoma  
Isa. 1. 2. Quia, Apoc. 17. Roma delo-  
bitur ab Antichristo, parvulo cornu, &  
tincturo decē regna. 3. Quia, 2. Thess.  
Ita ut in Templo Dei sedeat, scilicet Sal-  
omonæ: quod solum in Scriptura N  
appellatur. Ita S. Patres.

AD I. DICO. Beda, Rupertus  
purpuratam meretricem esse dicunt  
mnen diaboli ciuitatem, quæ sap-  
bylon vocatur. 2. Tertull. & Hieron-  
mus intelligunt Romanam idola colentem.  
Nam de iam Christiana sic scribit libro  
contra Iouin. *Scriptam in fronte illa-  
sphæram, Christi confusione delitti. Ideo  
eam odibit Antichristus.*

AD II. In Templo Dei sedebit, vel se-  
lomonæ, vel in Ecclesia Dei; sed ut De-  
us. At ibi nullus Papa sedet; nec  
quam, ut Deus.

V. DOCTRINAM Antichristi La-  
thro-calvinistæ nobiscum ponunt  
quatuor: 1. Christum negabit: 2.  
Se esse Christum asteret. 3. Deni-  
quoque te esse. 4. Deos abolebit o-  
mnes: Sed sequiū hæc exponunt.

1. Negabit Christum, non verbis nece-  
lam; sed opere, & specie Christianismi cal-  
rumper doctrinam de Sacramentis, &c. In  
Calvinus Institut. l. 4. c. 7. §. 25. *Nec Christus  
nec Ecclesia nomen abolebit; sed postius Christi*

præterius abutetur, & sub Ecclesia titulo, velut larva, delitesceret.

Magdeburg. Cent. 1. lib. 2 c. 4. Ita, ut confiteretur dominum Christum profante; sed tamen eius Meritum, & Officium abnegante. &c. Ostendet, Christum integrum non redemisse, & saluasse; sed propter nostra bona opera suam aliquam ad salutem nos conferre.

I. Se f. cist Christum, & Deum, non verbo; sed opere. Magdeburg. ibid. Ostendet se pro Deo, ut quis sit Christi Vicarius, & Caput Ecclesie, & possumus auge resigere articulos fidei.

III. Deos & idola non reiicit, sed palam adorabit.

AUTOR. I. Christum negabit, eiusque Sacra menta proculcabit. 1. Quia Iudeus, Iudæorumque Messias Christus minimè prædicabit. 2. Cùm non sint duo Christi, verum neget necesse est, leque Christum faciet. Vide 1. Ioan. 2. Qui mendax, nisi qui negat Iesum esse Christum? Et hunc est Antichristus, scilicet. simplificiter & excellenter; at haeretici sunt Antichristi secundum quid, vt eius prodromi. 3. Ita S. Patres. At Papa nec Christum negat, nec eius doctrinam deputat, nec Sacra menta proculcat. Ergo

II. Antichristus se esse Christum assertet verbo & facto; non autem Christi ministrum. Ioann. 5. Si ALIVS venerit in nomine SVO, illum recipietis. At Papa venit in nomine Christi, Seruus seruorum Christi: ergo non est Antichristus.

III. Se, seipsum faciet Deum: 2. Thess. 2. Ita, ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Sic S. Patres.

IV. Nec verum nec falsum patietur Deum nullum, aut idola. 2. Thess. 2. Quia extollitur si pro omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Ita & S. Patres, Daniel. II.

Deum Patrum suorum non reputabit, nec quenquam Deorum curabit; quia aduersus universa consurget idola. Deum autem Maximini cultu auro. &c. Iclic. diabolum; ut magus: aut seipsum excitatis sibi aris & templis. At procul hæc à Papis, ut & Antichristianismus ipse.

V. Antichristus obscurè natus arte regnum Iudæorum inuadet. Daniel. 11.

2. Reges tres Ægypti, Libia, Æthiopiae armis expugnabit. Daniel. 7. & 11.

3. Alios VII. Reges subiuget, euadetque in Monarchā orbis. Ita Patres. 4. Proelii orbem miscebit vniuersum, ut Gog cum suo Magog, Apoc. 20. At procul à Papis talia: ergo.

## SUMMA BREVIS.

LUTHERO-CALVINISTÆ quatuor asserunt: Antichristi Aduentum, Tempus, Personam, Notas.

I. Aduentus volunt constare sibi ex Scriptura. 2. Thess. 2. Mysterium iam operatur iniquitatis. 1. Ioan. 2. Antichristus venit: & nunc Antichristi multi facti sunt. 1. Ioan. 4. Hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venire, & nunc iam in mundo est.

II. Quando aduenient? Variant. 1. Lutherus in suppedit temporum & alii; post annū 600. sub Phoca. 2. Bulligerus prefat in Apoc. & alii, sub annū 763. 3. Musculus in Loci, Tit. de Ecclesi post tempora Bernardi. 4. Alii alind dant tempus.

III. Quis Papa fuit primus Antichristus? Centuriatores Cent. 6. c. 1. Chytreus. &c. Gregorius Magnus, homo pessimus.

IV. Papa Rom. est Antichristus. Quia omnes Notæ Antichristianæ in Scriptura fundatae, illi conuenient: Quæ sunt: 1. Deficere à vera fide. 1. Thess. 2. 2. Sedere in templo Dei: ibid. 3. Ostendere se tanquam Deum: ibid. 4. Extollere se supra omnem

Aa omnem

